

THE PREFACE.

Priest.—Per omnia sæcula sæculorum.

Choir.—Amen.

Priest.—Dominus vobiscum.

Choir.—Et cum spiritu tuo.

Priest.—Sursum corda.

Choir.—Habemus ad Dominum.

Priest.—Gratias agamus Domino Deo nostro.

Choir.—Dignum et justum est.

Priest.—Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, per Christum Dominum nostrum. Per quem Majestatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates, coeli celorumque virtutes, ac beata seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas deprecamur, supplici confessione dicentes :—

The Choir.—Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt coeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

Priest.—World without end.

Choir.—Amen.

Priest.—The Lord be with you.

Choir.—And with thy spirit.

Priest.—Lift up your hearts.

Choir.—We have lifted them up unto the Lord.

Priest.—Let us give thanks to the Lord our God.

Choir.—It is meet and just.

Priest.—It is truly meet and just, right and salutary, that we should always, and in all places, give thanks to Thee, O Holy Lord, Father Almighty, eternal God. Through Christ our Lord : through whom the angels praise Thy Majesty, the dominations adore, the powers do hold in awe, the heavens, and the virtues of the heavens, and the blessed seraphim, do celebrate with united joy. In union with whom, we beseech Thee that Thou wouldest command our voices also to be admitted, with suppliant confession, saying :—

The Choir.—Holy, Holy, Holy, Lord God of Sabaoth. Heaven and earth are full of Thy glory. Hosanna in the highest. Blessed is he that cometh in the name of the Lord. Hosanna in the highest.